

975

C O D I C E S

976

CCLXXI. *VL. F. 12*

433 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 104. 4. fed principio et fine mutilus, nitide scriptus, rubricis distinctus, et, ut *Fol. 65.* notatur, olim conuentus *Wienn. ordinis fratrum predicatorum in Austria*, sequentibus constat: I. *Isidori Hispal. Libris II.* qui *Synonyma*, aut *Soliloquia* inscribuntur, extantque in edit. *Jac. Du Breul, Paris. 1601.* a p. 305. Nobis principio mulctati incipiunt ab iis verbis: *Peccatorum meorum minus (minor) uicissitudo rependitur! plagis meis culpa durior inuenitur &c.* quae in Edit. occurrunt p. 311. col. 1. Finis: *Tu mihi supra uitam meam places.* Ita et Edita; sed addit *Nofter: Deo gratias semper domino meo ihesu christo gratias in omnia secula seculorum. Amen.* Praeterea non pauca sunt, quae

*Audi christe (tristem) fletum
Amarumque canticum &c.*

Coniungendum esse *Lamentum* cum *Exhortatione* liquet ex huius verbis sub finem: *Sequentia uero carmina constructa lamentis suspirando lectita &c.* Ita et sequens Opusculum cum *Lamento* coniungendum censeo. Inscribitur illud: *Oratio cuius supra pro correptione uite et propter stenda semper peccata*, et infit: *Deus omnium mirabilium auctor misericordiarum pater &c.* Haec Tria quoque ad *Isidorum* pertinent et se in Edit. cit. a p. 334. excipiunt.

collationem suadeant. Sic mox sub principium Edita: *ad moestitiam adpellit*, *Nofter: impellit. Edit. diem amarum.* *Noft. addit: diem durum.* *Edit. priusquam gebennae ignibus devorer.* *Noft. praemittit: prius quam ad tormenta properem.* *Edit. immanitate sceleris trepidante conscientia metuo.* *Noft. immanitate sceleris examen tuum trepidus conscientia metuo &c.*

II. *fol. 17.* sequitur minio: *Exhortatio penitentis cum consolatione et (de) misericordia dei ad animam futura iudicia formidantem.* Initium: *Cur fluctuas anima. merorum quassata procellis &c.* Exhortationem hanc excipit *Lamentum penitentis duplici alfabeto editum. exceptis tribus litteris. A. B. et N. in quibus aliquantis uersibus multiplicatur &c.* huius initii:

III. *fol. 36. p. 2.* Incipit *Liber Sancti Augustini Ad Petrum Diaconum de Fide.* Initium: *Epistolam fili petre tuae caritatis accepi &c.* Jam restitutus auctori suo *Fulgentio Rusp. in Codd. CCXLI.* et aliis. Hic nonnisi usque ad C. III. *de Creaturis* porrigitur, et desinit: *quantum breuitas temporis. et sermonis inopia permisit, inserui.* Editio *Mauriana T. VI. Opp. Augustini. Append. perperam omisit τo inopia.*

IV.

2026-05-12

IV. fol. 42. p. 2. Incipit *Alcuinus de sancta Trinitate. Praefatio.* Hoc a secunda manu. Initium: *Domno glorioso Karolo Imperatori augustissimo et christianissimo humilis leuita alcuinus — Dum dignitas imperialis a deo ordinata &c.* Desunt ad hujus Praef. calcem tria illa *Disticha*, quae comparent in edit. Opp. *Ratisbon.* 1777. T. I. Vol. 2. p. 704. neque, ut ibi, sequuntur *Libri III. de Fide SS. Trinitatis*, sed Confessio *De Sancta Trinitate*, quae incipit: *Credimus Sanctam Trinitatem id est patrem et filium et spiritum sanctum &c.* et habetur edit. cit. p. 738. ubi lege *Monitum Praevium.*

Confessionem excipiunt a secunda manu inscriptae *Questiones Albini de sancta trinitate.* Initium: *Desiderantissimo filio fredegiso salutem. Placuit prudentis uestre fili carissime aliquas proponere &c.* Extant edit. cit. p. 739.

Sequitur item a secunda manu *Albinus de ratione anime Id est alcuinus vel alquinus.* Initium: *Cariissime in christi caritate sorori eulalie uirgini. albinus in domino salutem. Sancte sollicitudini uestre &c.* Adhaerent, ut in edit. cit. T. II. P. I. p. 151. Carmen *elegiacum et adonium cum Litaniis.* In *Adonio*, ubi Edita legunt: *Haec pia verba — ore caveto pro teneto, servato,* suspectum sibi *caveto in canito* mutavit Librarius noster destructo metro.

Post haec: *Incipit instructio alcuini magistri atque abbatis.* Initium: *Dilectissimo filio Uuitoni*
Denis Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.

Comiti humilis leuita alcuinus salutem. Memor petitionis tue. et promissionis meae &c. Est Opusculum *de Virtutibus et Vitiis*, quod insertum est edit. cit. T. II. P. I. ad p. 128. Hoc Opusculum indicandum *Cod. CCLXXIX.* in praesenti *Codice* consequuntur *Loca* quaedam *Biblica* et *PP. de Confessione.*

Tandem succedunt, quorum *Praefatio* tam multo ante praecessit, *Alcuini Libri III. de Trinitate* praemissis omnium *Trium Elenchis*, prout extant edit. cit. T. I. P. 3. p. 702. cui adornandae etiam hic *Codex* inservit cum aliis, ut habes in *Monito praev.* *Ἀταξίαν*, quae in eo regnat, *Librariorum imperitiae* adtribuere necesse est, quae per plura *Exemplaria* propagari potuit.

V. fol. 96. *Sermo Augustini Episcopi.* Initium: *Locutus est ad nos sermo domini. et depromptus est ad exhortationem nostram &c.* Inscríbitor alias *de Disciplina Christiana*, et legitur Opp. *August.* edit. *Maur.* T. VI. col. 581. Lectio *Codicis* proba. Vide et *Cod. CCLXXXIII.*

VI. fol. III. p. 2. Incipit *sermo augustini aurelii de symbulo contra iudeos.* Sermonem hunc inter *Augustinianos* et *Aliorum* alios non indiligenter quaesitum minime reperi. Nihil in eo, quatenus extat, de *Judaeis*; mutilus enim est, ut sub *Codicis* principium monui. Incipit vero: *Inter pressuras atque angustias presentis temporis etiam nostre officio seruitutis cogimur dilectissimi non tace-*
re.

re. cum potius expediat flere magis quam aliquid dicere. Ueruntamen ne quid minus lucri arce dominicę accedens (accedat et?) dicatur nobis. serue nequam et piger. tu erogares pecuniam meam et ego ueniens cum usuris exigere. Peto caritatem uestram ut quę ipse pater familias per nos uobis ministrauerit. libenter accipere dignemini. Apostoli Pauli uerba sunt. Nox precessit dies autem appropinquauit &c. Atque in hanc sententiam deinceps commentatur Noster, primos simul exponens *Symboli* Articulos, ubi multus est in mali Daemonis conatibus Genus humanum, quod sub *Pupilli* schemate fitit, a Patre Deo abstrahendi describendis. Tempus habitus Sermonis ista designant: *Exigit a nobis ratio huius congregationis et noctis transactę uobis reddere rationem. et istius diei de tanto sacramento perceptam ueram sempiternamque demonstrare salutem.* Sacramentum hoc *Paschale* fuisse, ex eo, quod sequitur, putem: *Quid sit hoc* (deponere opera tenebrarum) *ex uerbis symboli quod modo accepistis expositum esse cognoscitur.* Abrumpitur, quod dolendum, Sermo in his uerbis: *Harenam inquit maris et pluuie guttas et dies seculi — —.*

CCLXXII. VI. 2. 4

214 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 70. f. per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus, sed usu aliquantum adtritus continet I. *Isidori Hispalensis*

Episcopi, Scriptoris Sec. VII. *Libros III. de summo Bono*, minio sic inscriptos: *Incipit ysidorus sententiarum de summo.* Singulos Libros praecedit *Capitulum* elenchus, qui tamen cum edit. *Veneta* per *Petrum Loslein* 1483. f. et cum *Parisina Jac. du Breul* 1601. f. tantum in *Libro II.* concordat. Lectio porro frequentissime abit ab utraque editione. Ad finem c. 8. L. I. noster adjicit sequentia: *Fecit deus omnia bona valde. Nichil ergo natura malum, quin et ipsa que in creaturis uidentur esse penalia, si bene utantur et bona et prospera sunt, si male utantur noceant. Ita ergo perpendenda est creatura. ex nostro usu non bona, ex sua natura ualde bona.* Cap. 19. (nobis 20) versus finem notabilis dictorum trajectio. Post *C. ult. de Gloria Sanctorum*, alia quidem manus in margine notavit: *Hic est finis primi libri*, sed in textu per 2. columnas sequitur *Capitulum* minio inscriptum *De penitentibus.* XXII. quod incipit: *Penitentibus exemplum iob preuius exhibet, quando post funera uel flagella adhuc in sui redargucione et in cilicio et cinere lamenta plenitudinis (penitudinis?) sumpsit dicens. Idcirco ago penitentiam in fauilla et cinere. &c.* et finit: *Pro qua re et si bona est ad extremum conuersio, tamen melior est que longe ante finem agitur. ut ad uitam securius transeat.* Nihil de hoc *Cap.* in utraque editione. Atque haec ad commendandum *Codicem* futuro *Isidori* Editori sufficiant.